





VIRO
PERQVAM REVERENDO, CLARISSIMO
ATQVE DOCTISSIMO
DOMINO
**M. DANIELI
HERRMANNNO.**

ECCLESIASTAE EVANGELICO-LUTHERANO
AVD LESNENSES IN MAIORI POLONIA
OPTIME MERENTI,

CVM
FORMOSISSIMA ET PVDICISSIMA
VIRGINE
ROSINA FLORENTINA CRELLIA,
NVPTIAS

D. XIX. APRIL. A. cl3 l3ccXII
CELEBRANTI,
AVSPICATVM CONNVBII FORDV3
EX ANIMO PRCATVR,
VETERISQVE ET FIDI AMICI
OFFICIVM APPROBAT

PETRV3 IAENICHIV3,
GYMN. THOR. RECT. ET P.P.



THORVNII,
Impressit Johannes Nicolai, Nobil. Senatus & Gymnasii Typographus



22

Cum constituta thalami tui solennia nudius
tertius cognoscerem explore, non tam elab-
orandum censui enixe, ut iisdem ex Tuo
voto mature interesssem, quam ut culpam illius om-
missi officii effugerem statim, quod gratulandi ne-
cessitate continetur. Venit enim in iucundissi-
mos amplexus Tuos Sponsa egregiae virtutis lau-
de conspicua, dignaque omnino munere Tuo ac
morum integritate. Deerat hoc ad leniendas vi-
tae molestias foave solatium, et spes illa pulcherrima
propagandae sobolis, quae Herrmannianae
virtutis possessionem transmitteret ad posteros et
sustineret cum laude. Nec minus necesse est, ut,
cum Tu, Parentis Venerandi, labores sacros sub-
levare conaris, Tua coniux, veluti tenerrimo su-
scepta amoris impetu, eius tristem amissae coniugis
recordationem sua adiuvandi promptitudine quo-
dammodo temperaret. Hoc igitur tam dulci
connubio nihil exoptatius Tibi Sponso, et Spon-
sae multo amantissimae potuit evenire. Nec
maius beneficium in utrumque conferre DEUS
poterat, quam ut castissimi amoris vinculo vos
coniungeret, et firmissimae amicitiae fide tam li-
beraliter vestrae prospiceret saluti. Erit illa
sic perpetua sortis fortunaeque socia, ac, disperti-
tis

tis negotiorum rationibus Rei familiaris curam
administrabit. Laetior temporis vestri erit de-
cursus, quando voluntatum consensione et tener-
rime affectuum copula omnes, quaecunque inci-
dunt, sustinebitis vicissitudines rerum. Sane,
non sine fausto omine abundantissimae iucundi-
tatis nuptam ducis ROSINAM FLORENTI-
NAM, quae, quantum Floris, et felicitatis olim
evirescentis fructuumque elegantissimorum illa-
tura sit domui Tuae, vel ipsum indicare nomen
videtur. Quinimo, non propitia Lucina, ut
erat superstitio paganorum, sed, divina gratia,
fortunatissimum faciet Patrem, et casto illiba-
toque amore curabit, ne posteritas Tui oblivisca-
tur. Quam felicitatem hoc impensius Tibi fin-
gere animoque concipere potes, quo divinis auspi-
ciis, ne profano mentis habitu foedaeque impetu
libidinis matrimonium ingrederere, diligentius
attendisti. Fruere itaque hoc coelesti bono, quod
Deo datore, tibi accidit, et da Te, quae Te com-
plectitur, Tuae FLORENTINAE, quam inter
plurimas elegisti virgines, et cum ingenio moribus-
que Tuis iudicasti quam optime conspiraturam.
Ego autem, qui non sine ingenti voluptatis sensu
hanc vitae iucunditatem ac delicias intueor, bre-
viter

oiter, animo tamen prolixiori omnia, quae in mor-
taliū genus cadere possunt, bona quam cumula-
tissima volui apprecari. Atque ideo divinum
Numen veneror, ne quid mali illam gaudii ex-
quisitissimi usuram intercipiat, quin potius extra
Fortunae ludibria positus cum FLORENTINA Tua
prosperrimo rerum successu quamdiutissime flo-
rere quaeas. Has auguror connubii Tui felicita-
tes, magnas profecto et accommodatas Tuae pro-
bitati, doctrinae iuxta ac muneris dignitati.
Quod reliquum est, opto, ut etiam Venerandus
Parens tuus, cum quo eiusdem sacri ordinis so-
cietate es coniunctus, incolūmis et saluus vivat,
fructumque percipiat suorum incoetum diviniorem
meritorum, ac praesertim quoque sanctimoniae
singularis, qua eluxit perpetuo et praeclari pasto-
ris omnibus praebuit exemplum. Tandem voti
summa est, ut idem ille omni ex parte venerabilis
Senex filiorum fortuna et auctis quoti die honorum
ornamentis, tum et nepotum serie aequae ac copiae,
post tot pestilentiae aliasque temporum acerbita-
tes exantlatas, ingenti cum suo et aliorum gau-
dio penitus erigatur. Dabam Thorunū in
Prussis, Prid. Eid. April. A. cl. lcccXII.

es(O)se

Ung VI 3

W 18
V 17





VIRO
 VERENDO, CLARISSIMO
 E DOCTISSIMO
 OMINO
DANIELI
MANNO.
 EVANGELICO-LUTHERANO
 RES IN MAIORI POLONIA
 TIME MERENTI,
 CVM
 MA ET PVDICISSIMA
 VIRGINE
 RENTINA CRELLIA;
 VPTIAS
 APRIL. A. clb lxxxii
 ELEBRANTI,
 A CONNUBII FOEDVS
 TIMO PRECATVR,
 ISQVE ET FIDI AMICI
 PICIVM APPROBAT
 IAENICHIVS,
 HOR. RECT. ET P.P.

•••••

DRVNII,
 Mobil. Senatus & Gymnasii Typographus